

## POETAE LYRICI IUNIORES MACEDONICI\*)

*Bogomil ĐUZEL:*

### CARMINA EPICA

In filo ferreo quod tempus appellant  
albi canes et vapores  
cantilenae et cumbae celeres  
Omnibus proficiscentibus  
fortes stant  
Plangor ut nuptiae  
tympanum ut ventus  
Scriptura minuscula  
pulchritudo et equus ex maculis solaribus  
atra pulchritudo trans quinque montes

Artibus magicis armisque constructum horologium  
anulus igneus  
ut hostis fugiat  
Turres et tonitrua

Finis mundi  
sed non vini.

*Vlada UROŠEVIĆ:*

### SIGNA

Ego vivo  
parvus inter signa

Hae umbrae  
super aquam volantes  
pulvis  
in fructus cadens

Haec facies  
quam in grano tritici videmus  
in campo  
liberi rubra veste induti

Metus  
serpens in viciniam  
aves  
ad septemtrionem volantes

Incerta  
in diebus constitutis  
Homines  
cogitatione defixi abeuntes

Inter signa sedeo  
et expecto.

*Jovan KOTESKI:*

### PROFICISCAR IN MALESIAM

In Malesiam proficiscar  
ut dolor carminis  
ut vox virginis  
ut plangor uxoris  
Ibo in Malesiam  
ut ventus meridianus  
ut sol calidus  
ut amor amarus  
Proficiscar in Malesiam  
ut longinqua recordatio.

\*) *Versiones ex libro: VI. Urošević, CRNIOT BIK NA LETOTO (Tauris Niger Aestatis), 1963.*

*Aleksandar POPOVSKI:*

VETULAE

In saxis albis portas ante putras  
 crinibus canis atris mappulis involutis  
 crepuscolari hora dormitant vetulae  
 Tenuibus fuis  
 flavae manus ossium venarumque plenae  
 dies et lucem ducunt  
 Et quodam fit crepusculo  
 ut absentem aliquam videamus  
 postremo ut in fine desunt  
 Dies Xylum et Lana  
 Quia vita suis albis fuis  
 clam et lente eos deducunt.

*Gordana MIHAJLOVA BOŠNAKOSKA:*

LACUS

Hic ubicumque in hac aqua maesta  
 se occultat somnium meum,  
 caeruleus flos meus parvulus.  
 oculus meus abditus,  
 umbra tranquilla mea  
 Hic ubicumque in hoc spatio aereo  
 radix mea fracta dormit,  
 principium meum die noctuque  
 in tepidis ac frigidis vertentibus aquis  
 Hic ubicumque in fundo existentiae  
 margo mea se occultat  
 et occulta mea regio,  
 ubi nox et dies  
 in eodem dormiunt silentio  
 de annorum adventibus susurrant  
 a quibus oporteat me interturbare.

*Radovan PAVLOVSKI:*

ITER IN MONTEM

Saxum rubrum fulminis inveniam	In hortis iacebo stellatis in summo vertice
O herba sicca	in lecto rosis facto
ex te parvam tubam faciam	Oh candelam in fronte incendant mea
et te fulmineo igni incendam	et grando ut frangat me
Apportat signum malum caelestis avis	Omnia feci ut radicem evolvam
Noli aquam noctis bibere	at mea talpa venit
eque mi pedibus nudis	O eque mi decalceate
ad domum non veniemus	te gravitas occidet
Magicae artes in fundamento infossae	Pecus viam obstruxit meam
domus meae	Caelum arsit fulmen
Subterraneus ventus pedes meos secat	Flentia saxa in caput meum currite
	Nec sub cantum gallorum domum veniam.

Zagreb.

Versio: T. Smerdel.